



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia
cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione,
Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de
Inferno, Expositione Cantici ...**

Massei, Giuseppe

AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707

VD18 12383155

Protestatio Authoris & Interpretis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47773)



Protestatio Authoris & Interpretis.

Cùm SS. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij 1625. in sacra Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idémque confirmaverit die 5. Julij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sanctitate, seu Martyrij famâ celebres è vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à DEO accepta, continentés sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hæctenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censerì approbata. Idem autem Sanctissimus die 5 Junij 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quòd iis nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penes Authorem. Huic Decreto, ejúsque confirmationi, & declarationi, observantiâ, & reverentiâ, quâ par est, insistendo; profitemur nos haud alio sensu, quidquid in
hoc

hoc libro referimus, accipere, aut accipi ab ullo velle,
quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat autoritate,
non autem divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut
Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur. Iis tantummodo
exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sancto-
rum, Beatorum, aut Martyrum cata-
logo adscripsit.



Autho.